372

Johanni Musculo S. Th. Candidato,
nunc Reginæ Daniæ à concionibus Sacris.

Scta vena ē, et impactum brachio credere ferrum,
et haustus ex corpore toto sanguis. Ipsa cū adtrū
citum intremuit et vehementiore motu, staaq. abi
tionem passet, corpus concussit, ad hæc cor obriguit,
pulmo ad immissionem cuspidis sese contraxit,
pedes vacillarunt, heu multus cruorem submisit,
trepidarunt manus, et querunt etiamnum, se nunc
per invisam chartam novo trahi supplicio. Si ali-
qs secundum Stoicos consensus sanguinis ē, et si
morbus non uno se detinet corpore, fatali quodā
contactu per universum sanguinis ejsdem genus
perserpit, fortasse tu Charissime Muscule, Patruelis
nr et D. Magg, nr amitinus et Virgo Eleonora,
communis consobrina, q communem mecum sanguīē
haustis, ex stirpe nra, ad rigidum cuspidem in-
horruistis ad profluentem cruorem meum ingemui-
stis, ad sensum doloris mei elanguistis. Unum
superē nb. ægris, ut florem veteris vini nris obji-
cias morbus et vires geniali haustu mecum repares.
Quod statim post secundam bonis auspiciis aggredi-,
emur, ubi in hospitiū tuum pervenero. Vale 3 May.
MDCLXVII

373.

Joh. Ludov: Fabritio D. et Pr. Th:

Non ita Musæ Cygneæ, quas nuper ad Moenum
Cecinit Vir doctus, Principi Palatino placuere,
ut illas facundissimus ille Hanoviensis Theologus aspi-
ravit. Nam iste Augustus Juvenis severā lecti-
one castigavit eruditissimi Viri orationem, totāq
dictionem ī amore sententiarū ineptam et phra-
si maculosam esse ostendit. Illud ipse videas,
Tibi eam mittit orationem et p censura laure-
olam abs te petit. Rogo te per ejs genium et
fortunam, ignoscas excelsæ temeritati, audaciāq
conatus Laudibus tuis inflammare velis. 4 May
MDCLXVI.